



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

Liber Secvndvs. Graue est peccatum mortale, si ad eum, qui se illo
astringit, attendatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

DE INFINI-
TA GRAVITATE
PECCATI MOR-
TALIS.

LIBER SECVNDVS.

Graue est peccatum mor-
tale, si ad eum, qui se illo
astringit, attendatur.

CAPVT I.

*Homo ex omni aternitate nihil
fuit.*

SVperiore libro, quod
diuina gratia potui-
mus, de eo differui-
mus, qui peccato mortali offen-
ditur, indeq; grauitatem & pra-
uitatem illius euicimus infinita,
sequitur vt de eo quoque, ex or-
dine supra à nobis praescripto,

F 3 aga-

agamus, qui mortale peccatum
 admittit, eumque offendit; fa-
 ciet, id quoq; non vulgariter ad
 cognoscendam immensam pec-
 cati mortiferi malitiam & per-
 uerfitatem; is enim est homo in-
 finitè vilis, ignobilis, miser, &
 contemptibilis. Et quidē primò
 ex omni æternitate nihil. Nihil
 nihil omnino, in se, minus mu-
 sca, culite, atomo, minus minu-
 tissimo puluere. quid? magis ni-
 hil, vt minus adhuc fuerit, quàm
 figmētum ac somniū. Vnde ergo
 homo? *Ex regione*, ait Cyrillus,
quæ nihil appellatur, regione pauperis,
*deserta, ignobili, inculta, sterili, mi-
 sera, rebus omnibus egente, in qua neq;*
animal ullū, neq; arbor, neq; seges, neq;
*herba vlla nascitur. Quis eius pa-
 ter? nihil; quæ mater? nihil, Quis*
auus, proauus, atauus &c. nihil.
 Et hoc nihil offendit Deum, qui
 ex se est, & suum esse infinitum

In Ioan.

O pe

O pectus ferreū hominis impij?
Quam diu verò nihil omnino
fuit? æternitate tota. Quod si
peccator apud animū suum se-
riò cogitaret, multum de stulto
suo spiritu remitteret, qui in pec-
cato elucet, effunderet penitus,
seq; sub potēti manu Dei humi-
liaret, humiliaret autē? in nihilū
feredigeret. Cū aliquē pudore
afficere volumus hęc, vel alia de
genere eodē ei obijcere solem⁹:
Cogita quis fueris aliquādo, qui
tui maiores fuerint &c. rustici ni-
mirū, mendici. Iam homo ali-
quando, partibus infinitis, rusti-
co, mēdico minor fuit, imo nul-
lus fuit. Cū rursus alium cō-
fūdere volumus, his vel similib.
verbis vti solemus: Tu in omni
vita tua mendicus, miser &c. fu-
isti. Quanta tum perturbatio se-
quitur? Iam homo qui peccat, æ-
ternū nihil fuit. Æternū porrò

F 4 nihil

nihil fuisse, tantum malum est, ut ex recta ratione malle quis debeat, per omnium sæculorum æternitatem, quo suis cruciatus pati, quam in nihil, post esse redigi, quia dum miserimus etiam esset, aliquid esset, quod bonum esset; nihil verò esse, malum esset, bonum omne, ut & esse excludens; modò talis ex peccato non esset Deo insensus, quod absolutè fieri posset; respectu verò ad culpam habito, melius foret natum non fuisse, vel absolutè non esse, quam æternum miserè esse.

CAPVT II.

Homo ex nihilo æterno non potuit ex se emergere.

IN nihilo, æternâ duratione, demersus ita homo fuit, ut ex illo, per se non potuerit unquam emergere, sibiq; adeo esse
dare;

dare; ad id enim, vt sui videlicet causa existeret seque produceret, esse prius habere debuisset: id quod potentia nulla fieri potest, simul enim fuisset, & non fuisset; quod contradictionem inuoluit. Atque hic gradus nihili, seu nihilitatis, vt sic loquar, magnus malusque valde est, meritoque hominem impium, si tamen vigilat, mentisque suæ est, deijcere, & à peccato mortali abstergere deberet. Graue quidem est coram mundo nihil aliquando fuisse, illud tamen solatiij plenum est, sua posse virtute, labore, & industria id efficere, aliquid vt aliquando ex se, proprioque Marte existat. Miserum ergo nihil fuit homo, & tamen huius immemor, contra Deum, cuiusque celsitudines & excellentiæ sunt abs; numero infinitæ, & absque mensura im-

F 5 mensa,

mensæ, absque pondere graues,
& plenæ maiestate, insurgit. O
cor induratum peccatoris! Oru-
pes! Alio igitur opus habuit,
Deo nimirum opt. Max. cuius
beneficio immortalis ex nihilo
emerfit. *Petonate*, ait illa, *ut ad-*
spicias ad cælum, & terram, & ad
omnia, quæ in eis sunt, & intelligas,
quia ex nihilo fecit ea Deus, & ho-

2. Mach. 7. 28. *minu genus &c. Hæcine reddis Do-*
mino popule stulte & insipiens? Num-

Deut. 36. 6. *te, & creauit te? Si autem emerfit*
homo ex nihilo à Deo ut solus
ille eum sic ex nihilo educere
potuerit; condere enim & creare so-
lius Dei est, ait Athanasius. Af-
ferit idem D. Augustinus cum
sic scribit: Creare naturam, & ho-
minem maxime, tam nullus Ange-
lus potest, quam non seipsum.

Ser. 3. con.
Arrianos.

Solius Dei est hoc

opus.

CA.

CAPVT III.

*vt homo ex nihilo extraheretur,
infinita Dei virtute
opus fuit.*

In finita enim inter aliquid, & nihil est distantia, infinitam proinde virtutem requirens vt percurratur. Ostendit id rursum quam magnum sit hominis nihil; quod enim facile factum est, promptèq; in actum deducitur, deesse plus habet; contra, quod difficillimè fit, imo quod infinitam perfectionem exigit, vt fiat, infinitum nõ esse, nihilq; innuit. Accedit, cum Deº hominem ex nihilo, virtute sua infinita creando eduxit, misericordiã & liberalitate infinita permotus fecit, eique adeo liberè, non necessariò, vel coactè ei vt esset dedit. In æternitate ille quidè sua necessariò p cognitionè Filio se

totamq; suam diuinitatē com-
municauit, extra se verò, neque
necessariò, neq; coactè aut vio-
lenter, vt dictum est, sed sola sua
bonitate, liberaque voluntate,
vel homini, vel alijs rebus se cõ-
municauit, non proprium, sed
alienum emolumentum cõmo-
dumq; quærēs; nihil enim boni
ea cõmunicatione illi accedit, vt
regi^o vates cognouit, cùm in hæc

ps. 15. 2.

ps. 3. 5.

In solil.
c. 10.

verba prorupit: *Deus me^o es tu quò-
niam bonorū meorum nō egēs. In hæc
itē: Quid est homo, quòd memores ei^o,
aut filius hominis, quia reputas eū?* Ad
hoc idē instituit D. Aug. sic scri-
bit: *Quis ego sum Deus meus vt lau-
demte? sum puluis & cinis, canis mor-
tuus & fœtidus, vermis & putredo,
quomodo ergo tenebræ laudabūt lucē,
mors vitā, vermis infinitum suū crea-
torem? Quomodo eum possum offendere,
si laudare vix debeo? in omnib. gratia
agantur super inenarrabili dono eius.*

Pla.

Planum igitur ex dictis est miserum hominis esse nihil; miserum siquidem est nihil esse, sic tamen nihil esse, ut quis debeat illud dare, aliquid de gravitate, detrahit; nihil autem eatenus esse, ut ex gratia tantum alterius ex nihilo extrahatur, miserum illud nihil esse conuincitur. Filio regis graue est, non esse regem, cum autem cogitat iure sibi regnum deberi, regnaturum etiam aliquando, se solatur; non sic rusticus, vel mendicus, quibus si regnum obueniret, gratia liberalitatisque acceptum ferre deberent. Audet ne iam tenebrius Deum peccato oppugnare, qui lucem habitat inaccessibilem? Audet ne is enim offendere, qui suum esse est, & à quo ipse, quod est, ex gratia est?

1. Tim. 6.
16.

F 7 CA-

CAPVT IIII.

Deus potest hominem à se gratuito con-
ditum, in nihilum, cum vult,
redigere.

DEus, qua libertate volunta-
tis, & immensitate potesta-
tis suæ, hominem ex nihilo con-
didit, eadem potest illum, in
nihilum quoque redigere; *Solus*
enim, vt Apostolus ait, *im-*
mortalitatem habet, hoc est, solus
naturâ suâ habet, mori non pos-
se, aut desinere esse, sicut & so-
lus quoque à se ipso habet esse;
cætera verò omnia, adeoq; ho-
mo ipse quoque, quia ex seipsis
esse non habent, *vanitati subiecta*
sunt, secundum D. Paulum, & si-
Pf. 101. 27. eunt vestimentum, vt Psalmista lo-
quitur, *veterascunt*, possuntq; non
esse, nisi is, qui ea beneficio im-
mortali fecit, conseruare quoq;
dignetur, non minus quam lux
aëris

2. Tim. 6.
16.

Rom. 8. 20. sunt, secundum D. Paulum, & si-
Pf. 101. 27. eunt vestimentum, vt Psalmista lo-
quitur, veterascunt, possuntq; non
esse, nisi is, qui ea beneficio im-
mortali fecit, conseruare quoq;
dignetur, non minus quam lux
aëris

aëris illuminati à sole pendet vt
conferuetur. Accedit in huius
rei confirmationem eiusdem va-
tis vox profectò luculenta : *Si Ps. 103. 29.*

*Deus auerteret faciẽ suam, omnes tur-
barentur, & si auferret spiritum eo-
rum deficerent, & in puluerem re-
uerterentur; imò in nihilum. Ec-
ce sicut lutum in manu figuli, ita
nos in manu Domini, ait Hiere-
mias; Figulus autem, vas, Cap. 18. 6.*

quod fecit, frangere potest, er-
go & hominem Deus, quem fe-
cit, non conseruando scilicet
eum, aut portando verbo vir-
tutis suæ. Eius nutu pendent *Heb. 1. 3.*
omnia, vt verbis his Iudas Ma- *2. Mach. 8.*
chabæus ostendit : *Nos in omni- 18.*

*potenti Domino, qui potest & ve-
nientes aduersum nos, & uniuersum
mundum vno nutu delere, con-
fidimus, sed libet de re eadẽ Hie-
remiã quoq; audire: Corripe me, in-
quit, Domine, veritatem in iudicio,*

Cap. 10. 24.

☩

Act. 17. 28. *Et non in furore tuo, ne forte ad nihilum me redigas. In eo uiuimus, mouemur, & sumus.* ait D. Paulus. Verbo: Vt Deus solus est, qui est; ita homo est, qui non est; & vt solus ille non potest desinere esse, sic hic in nihilum redigi potest. Iam quomodo Deum ille offendere possit non video; si quispiam in turri excelsa staret, aliumque ille, tenui pendentem filo, ne caderet, teneret, auderet ne talis se tenentem offendere, conuertiari? Tu, ô peccator miserrime, à voluntate diuina, ne in nihilum cadas, teneris, qua fronte eius maiestatem audes offendere, & ad iram prouocare? O homo non homo.

CAPVT V.

Homo, eximys licet bonis ornatus, cum Deo tamen comparatus, miser & nullus est.

Orbis

ORbis vniuersus, vt beatas
 ille mentes, homines, cæ-
 terasque simul creaturas omnes
 complexu suo continet, Dei cõ-
 paratione, *momentum statera sunt, Sap. 11. 23.*
 hoc est, tenuissimus puluis stateræ
 lancibus adhærens, nihilque
 ponderis addens. ; & *tanquam*
gutta roris ante lucani, quæ descendit
interram. Omnes etiam gentes, quasi *Esa. 40 15.*
stilla stula, & quasi momentum sta-
tera reputatae sunt, ecce insula quasi
puluis exiguus: & omnes gentes quasi
non sunt, sic sunt coram eo (Deo) &
quasi nihil, & inanereputatae sunt
 ei. Iam quid erit homo, si cum
 Deo conferatur? comparatus
 cum cœtu hominum solo, ho-
 mulus est, cum Angelis beatifq;
 omnibus, accarus est, cum cæte-
 ris creaturis omnibus teredo est;
 cum Deo, vt Societatis nostræ
 parens B. Ignatius dicere solitus *In Exerc.*
 est, *ulcus est, & apostema, ex quo tan-* *spirit.*
 ta sa-

*ta sanies peccatorum, tantaque vitio-
rum lues defluit; vel, si maus, pro-
pe nihil. Id Psaltes regius agno-
uit, cum candidè dixit: mensura-
biles posuisti dies meos, & substantia
mea tanquam nihilum est ante te;
substantiam vocat totum esse
suum, animam, corpus, eorumq;
vires & potentias omnes. Mundi
liberator ac vindex Christus
aliquando dixit: Nemo bonus nisi
solus Deus: infero ego: nemo est
nisi solus Deus; ens siquidem &
bonum, vt Scholæ loquuntur,
conuertuntur. Minùs ferè Apo-
stolus, cum creatum omne detrimen-
tum existimat & stercora. Quocirca
David hæc apud se considerans,
in hæc verba prorumpit: Quid est
homo, quod memor es eius, aut filius
hominis, quoniam visitas eum? Et
ante eum Iob: Quid est quod mag-
nificas eum (hominem) aut quid
apponis ergo eum cor tuum? Et ta-
men*

Pf. 38. 6.

Luc. 18. 19.

Phil. 3. 8.

Pf. 8. 5.

o. 7. 17.

men
ofus
ijeer
um
triu
uit?
cro,
tent
amo
ame
dere
erit

Men
O
cten
tanc
Alci
intre
quic
ma

men Deum audet homo flagitiosus offendere, contemnere, abijcere, ô scelus. Quis Caucasus eum genuit? Quæ lupa eum nutrit? quæ eum Tygris educauit? In nihilum se redigat, obsecro, & in fauilla ac cinere pœnitentiam, per omnē vitam, agat, amoremq; ab æterno se amante amet; & amicum antiquum non derelinquat; nouus enim non erit similis illi.

Eccl. 9. 14.

CAPVT VI.

Anima ratione homo miser & infelix est.

QVàm miser & infelix homo existat, generatim hactenus vidimus, eum in specie, tanquam Sitemum quempiam Alcibiadis, vt est in prouerbio, introspicere animus est. Et hoc quidem capite, quatenus is anima constat, quæ licet in se rationalis

tionalis sit, è cœlo hausta: men-
 tis atque consilij particeps, ad
 imaginem & similitudinem Dei
 facta, & gratiæ, ac gloriæ in cœ-
 lis capax, initio tamen conditio-
 nis suæ, utpote Adæ filia, pecca-
 to originali obnoxia, gratia & vi-
 ta supernaturali destituta, & ho-
 mo, eius ratione, iræ & perditio-
 ni subiectus fuit. Gratiam dein-
 de illa quidem postea à Deo ac-
 cepit, sed gratuito & liberaliter;
 eamque denuo, quæ summa mi-
 seria & infelicitas est, amittere
 potest, & verò eam quoque ali-
 quando amittit. Trium deinde
 potentiarum ac virium, ceu mē-
 brorum suorum ratione, fractio-
 nibus variis misera, perturbata,
 & propemodum eversa est, con-
 cinnaque & debita symmetria
 caret. Virtutum insuper, quæ
 animæ potentiarumq; eius, qua-
 dam ratione partes, perfectiones
 certè

certè sunt, vel nullum, vel exiguum in homine studium apparet. Imago deinde Dei in illa deformata, & similitudo valde dissimilis facta est. Potètia executrix labefactata, vt & sensus illius famali; appetitionesq; , quæ illos consequuntur, effrænes planè sunt, frænumque eius mordent. Corpus ad seruiendum factum, animæ, proh dolor, dominatur, & cum Apeme Rhapsacis Themasi filia, Darij verò Persarum regis concubina, ad dexteram affidet, de capite eius diadema aufert, & malam sinistra manu ferit. Quo quid turpius ac detestabilius? De his omnibus sigillatim ideo agemus, vt liquidò appareat quàm miser & infelix sit homo, quàmq; graue & enorme sit peccatum mortiferum, quo Deus & turpiter, & flagitiosè ab illo offenditur.

CAPVT

*Ignobilis homo est & miser, quâ intel-
lectu constat.*

Elus enim vsu, initiò condi-
tionis suæ, septennio circi-
ter caruit, tenebris obsessus, ca-
roq; adeo senior fuit, vtpote quæ
simul cum homine & nascitur,
& vires explicat, quod intelligē-
tiæ nō datur. Vnde & bestiis ip-
sis hac in re homo miserabilior
est, vt D. August. notauit, hunc in
modū scribens: *Pulli etiam minu-
tissimi & currūt, & matres agnoscūt,
nec sugendis vberibus cura & ope ad-
mouetur aliena, sed ea ipsi in maternis
corporib⁹ loco abdito posita mirabili fa-
cilitate nouerunt. Contra homine nato, et
nisi ope nutriētis admotis labris papilla
vberis ingerantur, nec ubi sint sentiūt,
& iuxta se jacentibus mammis magis
possunt esuriētēs flere quàm sugere. Cū
eum deinde vsu attingere inci-
pit, & ad artes, vel rerum natura-
lium*

*Lib. 1. de
pec. mor.
& remis.
c. 38.*

lium scientias se conuertit, præter sciendi desiderium, sibi à natura inditum, vix aliquid, quo iuetur, ex se habet; reperit etiam tantam ea in re difficultatem, vt ignorare, quàm discendi laborē sustinere velit. Id D. Aug. his verbis testatur: *Sine labore nihil scimus, discimus cum labore, & plerique sic discendi laborem fugiunt, vt malint in perpetuis ignorantia tenebris versari, quàm laborem subire ad discendum necessarium.* Cùm cum tamen præsciendi desiderio, deuorare connititur, ope aliena, labore, sudore, experientia, & tempore benè longo opus habet, vt tenebras, quibus immerfus est discutiatur, scientiâ acquisita. Cui tamen errores & falsitates, multæ misceri solent, recte vt dicere possit. *Didici scientiam, didici & errorem;* vel illud etiam cum Socrate: *Hoc vnū scio, quod nihil scio,*
prop-

Lib. 22.
C. 11. c. 2

propter eam etiam rationem, quod maxima pars eorum, quæ scit, minima eorum est, quæ nescit; Vnde illud natum videtur:

Eccl. 1. 18. qui addit scientiam, & laborem addit.

Sæpe etiam peruersa, vel minus necessaria certè cognitio est, quæ magno labore paritur. Vtilissima & summè necessaria est Dei cognitio, cui cultus, honor, & amor debetur; finis deinde hominis, in cuius consecutione felicitas consistit; mediolorum item earumque rerum, per quas ad beatam vitam perueniri potest & debet; sui tandem notitia & delictorum suorum. Sed videt homo,

Matth. 7. 3. festucam in oculo fratris sui, & trabem in oculo suo non videt;

manticæque quod in tergo est; sicq; cum in honore esse possit, non intelligit, comparaturque iumentis insipientibus, illisque

Ps. 48. 13. similis fit. Videt sapitq; terrena, vt

D. Pau.

D. Pau
su ad e
afferun
nia ho
& igno
tione
est, den
volunt
adiuta
perfid
dere a
mare.
serpen
Deum

Pecca

VO
pa
accepit,
quo, su
lum, su
sus, no

D. Paulus ait, præcipitque cur- *Phil. 3. 19.*
 su ad ea fertur, quæ ei exitium
 afferunt & perniciem. Quæ om-
 nia hominis impij & vilitatem
 & ignobilitatem, quatenus ra-
 tione & intelligentia præditus
 est, demonstrant; pessimam item
 voluntatem, rationis ingenio
 adiutam, qua is Deum infami
 perfidia, & atroci iniuria inua-
 dere audet. *Erubescere Sidon, ait*
mare. Apage insane peccator,
 serpens Lybice desine insanire,
 Deumque offendere.

CAPVT VIII.

*Peccator spectata sua voluntate,
 miser est.*

Voluntas, per lapsum primi
 parentis, *grauè malitiæ vulnus*
 accepit, vt D. Thomas loquitur, *1. 2. q. 85. ar. 3.*
 quo, suo quasi momento, ad ma-
 lum, sub specie boni, iudiciũ sen-
 sus, non rationis, quod debebat,
 G sequens,

sequens, inclinatur. Ad illud
tem inclinatur, fertur, idq; m
gno impetu, vt furens vnda t
rentis, quæ omnia vel deuolu
ueleuertit. In eo, aliquo mo
deinde delectatur, delectatio
eam consensus excipit, vteru
gestare incipit, fœtum partur
opere parit, cōsuetudine nutr
habitu format, se deformat; cū
enim fœdissimus sit & fœtidiss
mus, fœdam quoque & fœtidam
reddit voluntatem.

Os. 9. 10.

Facti sunt
enim, vt Propheta ait, abomi
biles, velut ea quæ dilexerunt. Licet
autem bonum aliquando v
luntas complectatur, magis
men, maioreque ardore ac fl
dio curat & procurat bonu
corporis, quàm animi; cū h
tardè & difficulter, sæpeque sine
effectu, facit. *Vult, & non vult*
ger; velle illi adiacet, sed perficere non
inuenit; non quod vult bonum h

Prov. 13. 4.

Rom. 7. 15.

agit, sed quod odit malum illud facit.
 Ægrè item vitijs repugnat, diffi-
 culter virtutes exercet. In re-
 bus eligendis & gerendis sæpif-
 simè errat. Ad Deum authorem
 suum colendum & amandum
 tardissima est. Ex sui amore om-
 nia bona ad se trahit, iniquitatem *Job. 15. 16.*

quasi aquam bibit; Eiusque causa
 sola est, dominium videlicet su-
 premum, medium, infimum in
 seipsam & actus suos omnes ha-
 bens. An peruersitas hæc vo-
 luntatis hominem miserum,
 miserabilem, cœcum, nudum,
 & pauperem non efficit? An in
 Cyclopibus eum rectè non nu-
 merat, quòd audeat in De-

um infinitæ maiesta-

tis inuehi?

G. 2. CA.

CAPVT IX.

*Homo, quatenus memoria præditus est
miser & miserabilis est.*

Fida enim intellectus custo-
nō est, tam circa res eas, quæ
cognitione haustæ sunt, quam
quæ ad Deum, eiusq; cultū, & be-
neficia collata pertinent; horum
enim omniū, beneficiorū maxi-
mè obliuisci solet, vel naturaliter
vel voluntaria quadam negli-
gentia, ne gratus esse teneatur.
Esto verò eorum non obliuiscen-
tur, vel impudenter negat, vel
stutè dissimulat accepta benefi-
cia, aut saltem nullum ei munus
repēdit neq; manu, neq; lingua
neque mente, quas tres remunera-
randi species Philosophus enu-
merat. Rursum beneficia acci-
pta in sua puritate esse non sinit
sed illa variis modis corrūpit &
inficit, vt vel sic ipsa beneficia
asper

*Arist. 9.
Ethic. c. 8.*

aspernetur. Tandem benefa-
ctorem Deum crudeliter perse-
quitur, ac loco gratiarum bel-
lando arma ei infert, vt cum e-
ius donis cum iniuria abutitur,
vt honore ad superbiam, fama
ad vanam gloriam, diuitiisque
ad iustitiam, fortitudine ad præ-
sumptionem, potentia ad op-
pressionem, ingenio ad irrisio-
nem, sapientia ad fraudem, vir-
tute ad ostentationem, opibus
ad fastum, pulchritudine ad
lasciuiam, quemadmodum
ait Mazarinus noster. Ma-
lum porro magnum est diuino-
rum non recordari beneficio-
rum: Hinc suos olim monuit
Moyſes his verbis ad grati ani-
mi ſignificationem: *Cave diligen-
ter ne obliuiſcaris Domini, qui eduxit
te de terra Ægypti, de domo ſeruitu-
tis. Et: recorderis Domini Dei tui,
quod ipſe vires præbuerit tibi, vt im-*

*Cōcio. 108.
in pſ. 50.*

*Deut. 6. 13.
et 8. 17.*

G § pleræ

pleret pactum suum, super quo iuravit patribus tuis, sicut presens indicat dies; si autem oblitus Domini Dei tui sequutus fueris Deos alienos, colueris illos & adoraveris, ecce nunc praeiudicium tibi, quod omnino dispercas. Merito homo ingratus timere debet, ne & Deus illius obliuiscatur, laetarique olim cogatur cum Davide: quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo, dum affligit me iniquus, dum confringuntur ossa mea, &c. Memoria etiam sui exigua est in ijs, quae pertinent ad animi sui cultum, corporis autem curandi memoriam nunquam deponit, quam etiam apud alios vult vigere semper, immemor eius, instabilem illam esse, aliam adeoque mutabilem pingi, & perforato vase filiorum Danai infundi. Quae situm olim fuit: quid primo in homine veterasceret? respondit Seneca memoriam; Sime-

Pf. 10. 41.

*In pref. de
clam.*

Simon
primò
benefi
tardiu
emem
esse di
miser d
lucule
uitate
homo
(vt eu
appell
oppug
omni
crand
licis P
effund

*Qua pa
mi*

Simonides interrogatus, quid
primò in memoria deleretur,
beneficium respondit: quid itē
tardius senesceret, difficilius
è memoria tolleretur? iniuriam
esse dixit. Hæc omnia, quàm
miser & ignobilis homo existat,
luculenter ostendunt, vt & gra-
uitatem peccati mortalis, quo
homo ingratus, *Diaboli miraculū*
(vt eum Gulielmus Parisiensis
appellat) *obliuioſaq; moles*, Deum
oppugnare audet. Virulentum
omnino est peccatum, & exe-
crandum vas, quod ad instar ca-
licis Pandoræ omnigena mala
effundit.

*Lib. de
Rhet. dist.
no 6. 4.*

CAPVT X.

*Qua parte homo ad imaginem, & ſe-
militudinem Dei factus in-
felix est.*

¶ 4 Homo

Be inter.
domo. c. 67

Homo imago Dei est, per naturam, &, per gratiam eidem similis. Sicut enim, ait D. Bernardus, Deus ubiq; totus est, omnia vivificans, omnia movens, omnia gubernans; ita homo in corpore suo, anima ratione, ubique totus est, illud vivificans, movens & gubernans. Et sicut Deus est, vivit, & sapit; ita homo secundum modum suum est, vivit, & sapit. Et sicut in Deo sunt tres personæ, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus; sic & homo habet tres vires, scilicet intellectum, memoriam, & voluntatem. Et sicut ex Patre generatur Filius, & ex utroque procedit Spiritus Sanctus, ita & ex intellectu generatur voluntas, & ex his ambobus procedit memoria. Et sicut Deus est Pater, Deus est Filius, Deus est Spiritus Sanctus, non tamen tres Dii, sed unus Deus, & tres personæ; ita anima est intellectus, anima voluntas, anima memoria, non tres tamen anima, sed una anima

Hac Bernardus.
In Hexam.
l. 6. c. 7. To.
4.

anima
tamen
sunt en
ginē cæ
figiē, q
test, qu
tate tu
ges, job
Cyrill
ginis &
depicta
rari sol
na ad
pecca
filice
depin
in atr
sicque
modo,
rupib
drupe
neq;
Diab
nefar
Circe

anima, & tres vires, Deformata
tamen & obscurata est; depo- *Ps. 72. 20.*

suit enim, juxta Ambrosium, ima-
ginē cœlestis, & assumpsit terrestris ef-
figiē, quæ intrare civitatē Dei non po-
test, quia scriptum est: Domine in civi-
tate tua imaginē eorū ad nihilū redi-
ges; obscuravit item, quemadmodū

Cyrillus loquitur, characteres ima- *Tract. ad*
ginis & similitudinis Dei, ut imaginis *Colos. c. 5.*

depicta colores vivi & illustres obscu-
rari solent. Obliteravit tandē do-
na à Deo accepta, & in anima sua,

peccati penicillo, serpentes, ba-
siliscos, aliaq; virulenta reptilia
depinxit, haud pauciora iis, quæ

in atrium ductus Ezechiel vidit *Cap. 8.*

sicque gloriam incorruptibilis Dei, suo *Rom. 1. 23*

modo, in similitudinem imaginis cor-
ruptibilis hominis, et volucru, & qua-
drupedi, & serpentiu transmutavit;

neq; hîc gradum fixit, imaginem
Diaboli animæ suæ impressit. O
nefandum peccatū! O crudelem
Circen!

G 5 CA

CAPVT · XI.

Miseriam hominis declarat eius vis & potentia agendi.

EAm enim ille ex se non habet, vti neq; naturam, quæ agendi primum est principium. Eius etiam vsus, Dei immediatâ assistentiam, concursum & cooperationem ita requirit, vt nihil nisi à Deo adiutus facere operariq; possit; Vnde & Esaias docet

cap. 26. 12. Deum omnia opera nostra in nobis esse operatū. Asserit etiam Apostolus

2. Cor. 3. 5. nos, nec ad cogitandū aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sufficientes esse, sufficientiam vobis omnem ex Deo esse. Eius adeo virtute cessante, cessat & communicata hominis virtus; cessante eius virtute, nec vsit ignis in fornace Babylonica, nec manus Hieroboam flecti potuit, quā in Prophetam minitantem extenderat. A prompta interdū parataq; Dei ad concurrentiam

VLTIM.

virtute dissidēs, turpi otio, quod
 ad infernū via est, se dedit. Cum
 ad agendū deinde vim suam ex-
 erit, non rationem, sed sensum du-
 cē sequitur, sicq; corporis, quam
 animæ maiorem curam habet;
 anxie enim caducas voluptates
 venatur & captat; sollicitè hono-
 ribus inhiat, laboriosè opes con-
 sectatur; æterna verò negligenter,
 oscitanter, & remissè querit,
 ne se peccato alliget in postre-
 mis habet, *mare videt & fugit, &*
Jordanis conuertitur retrorsum. Plena
sunt omnia periculis, ait S. Leo, plena
laqueis, incitant cupiditates, illecebræ
insidiantur, blandiuntur lucra, dam-
na deterrent, amara sunt obloquentiū
linguæ. Et: Insidiæ sunt in diuitiarum
amplitude, insidiæ in paupertatis an-
gustijs, illæ eleuant ad superbiam, hæ-
incitant ad querelam. Tentat sanitas,
tentat infirmitas, dum & illa mate-
ria est negligentia, & hæc causa tristi-

*Ps. 113. 3.
 Serm. 5.
 Quadr.*

*Ser. II.
 Quadr. 29.*

De gravitate pecc. mort.

Laqueus est in securitate, laqueus est in timore, nec interest utrum animus, qui terreno tenetur affectu, gaudiis occupetur, an curis, cum par moribus sit, vel sub vana delectatione gaudere, vel sub anxia solitudine laborare, & tamen in his omnibus homo stertit; omnino potentiae illius ferum, exaculeatum & retusum videtur; vel laesa certè eius gradiendi facultas. Miser igitur homo & miserabilis est, & tamen contra fortem imbecillus, & contra omnipotentem impotens pugnat. O peccati summa gravitas & prauitas!

CAPVT XII.

Ex sensibus miseriam hominis cognoscere licet.

IN bonum enim hominis à Deo dati, ab adolescentia sua, *Gen. 8. 21.* vt & cogitatio humani cordis, in malum

lum pr
quæda
animo
Grego
ramina
quitur
rerum
tione i
lenon
saurun
ritus p
tores
plena
magici
ambro
tum pr
fidias p
tuo qu
ad bea
illis in
mini fa
nus in
menti
garrula

lum prona sunt, portæque veluti
 quædam, per quos omnia vitia
 animo obrepunt; *via* item, iuxta
 Gregoriū Nazianzenum, *Orat. 38.*
In 31. c.
Iob.
 ramina, vt Gregorius Magnus lo-
 quitur, per quæ anima egreditur,
 rerumq; corporearum delecta-
 tione inescatur; nec non cordis
 lenones, fures, & prædones, the-
 saurum animæ expilantes, spi-
 ritus proditores, inferni prodi-
 tores, veneficæ vasa ferentes
 plena succis venenatis & herbis
 magicis veriùs quàm nectare &
 ambrosia; Inimici salutis, vitæq;
 tum præsentis, tum futuræ, in-
 sidias perpetuò struentes, perpe-
 tuoque vias intercipientes, quæ
 ad beatam ducunt ciuitatem. Ex
 illis interni magnū eatenus ho-
 mini facessunt negotium, quate-
 nus imaginū variarum turbam
 menti offerunt, & Zelphæ instar *Gen. 29.*
 garrulæ, per varia discurrentes,

domum cordis clamoribus im-
 portunis complent, tranquillitatemque perturbant & otium
Ex Joan. Externi, quibus cum anima, ut
Ios. 10. D. Augustinus inquit, ceu quinquaginta
 amatoribus fornicatur, quinque sunt
 illi reges, qui impedire nitentur in-
 gressum terrae promissae, & quinque
Lib 2 con. Iovin. c. 7. fenestrae, iuxta D. Hieronymum,
 per quas vitiorum ad animam ingres-
 sus est. Oculi, quibus nequius vix ali-
 quid creatum est, ex rebus, per quas
 foris vagantur (*oculus stultorum*
Eccli. 31. 15. in finibus terrae) venenum hauri-
 unt, quo ad ipsius mentis per-
 niciam abutuntur: Vnde in Thre-
 nis dicitur: *Oculus meus depraedatus*
Thr. 3. 51. est animam meam. Euam primam
 omnium parentem bonis exuta,
Gen. 3. malis omnibus induit. Domi-
Gen. 39. 12. nam Iosephi, impudicamque
2. Reg. 11. flaminis Aegyptij uxorem cor-
Gen. 34. rupt, Davidem confodit, vin-
Dan. 13. xit, interfecit, Dinam violavit,
 senum

senum
 tos ad
 exuit
 mam
 uos h
 ment
 tus,
 quere
 bella
 dines
 eoden
 maxim
 ille d
 amic
 tem
 tus,
 tioru
 semp
 Tact
 fufus
 tum
 nariu
 Tact
 est;

senum corda transfixit, sexcentos ad terram afflixit, vitaque exiit amoris dux. Aures animam sæpe enecant, dum prauos hauriunt sermones, nugamenta, fabulas, Helenæ raptus, errores Aeneæ, Didonis querelas, Deorum adulteria, bella ficta, somnias fortitudines, & quæ sunt de genere eodem. Gustatus, ex sensibus maximè voluptarius est, in què ille definit venter Veneris est amicus. Odoratus ad suauitatem & fragrantiam comparatus, tetrum nonnunquam vitiorum fœtorem inducit: qui semper benè olet, malè olet. Tactus denique toto corpore fusus, corporearum voluptatum, libidinis maximè seminarium est. De eo sic Basilius: *De Vera*
Tactus omnium sensuum deterrimus relig.
est; emittit enim legatos ad sensus,

sus, ut eorum opera, suas voluptates
persequatur; placidè abblanditur, ut
magnam in hominem exerceat tyran-
nidem; expostulat vestes pretiosas &
molles, quæ tactu suo carnem delimi-
ant, ad capiendum somnum mollibus
lectis delectatur, lenibus & delicatis
rebus tractari vult &c. Claudat
locum hunc aureola hæc sen-
tentia D. Ambrosij: *Per spexit ocu-
lus, & sensum mentis evertit, audi-
vit auris, & intentionem inflexit, in-
halavit odor, & cogitationem impedi-
vit, os libavit, & crimen reddidit, ta-
ctus contigit, & ignem adolevit. Quæ
omnia hominis vitiosam natu-
ram, gravitatemq; adeo peccati
mortalis indicant.*

*Lib. de fu-
ga. saculi.
c. 1.*

CAPUT XIII.

*Passiones hominem vilem misere-
rumq; reddunt.*

PASSIONES commotiones sunt
& affectiones inferioris sen-
tien-

rienti
conce
vtilit
infern
entel
ac nu
bus e
stant
ptissi
nib. f
catur
boni
homi
illi &
scun
ad D
mife
duci
taru
fodi
litat
dun
iecta
pell

tiensque appetitus, quâ ille & concupiscens & irascens est. Eas utiliter admodum homini Deus inseruit, ut tanquâ boni obediensq; famuli, ei ad imperium ac nutum præsto essent, & in rebus omnibus inseruirent. Idq; stante iustitia originali promptissimè citra rebellionē in omnib. fecerunt, amissa illa per peccatum, ad malum potius, specie boni, quàm ad verum bonum hominem impellunt, multaque illi & graua damna dare consuescunt. Animæ dignitatem, qua, ad Dei imaginem condita est, miserè deturpant, imisq; & caducis reb. alligant, & instar guttarum eam penetrât, cauant, efodiunt. Deo, qui cum tranquillitate iudicat, dissimillimâ reddunt. Rationem, obedientia abiecta, turpiter periculosèq; sedepellunt; Intellectum tenebris, ad

Sap. 12. 18.

ad instar nebulae, circumfundunt, vt de supernis bonis à Deo promissis cogitare non possit. Iudicium rectum evertunt, consilijs non obtemperant, repugnant legi mentis, vt D. Paulus ait, & in lege peccati captiuant. Voluntatem à Dei voluntate se iungunt, laborantq; vt quod sensui aridet, serua complectatur; Licentia elatae dominium appetunt, summoq; scelere partum longius proferunt; potentiae agendi difficultatem maximam iniiciunt ad ardua virtutum opera aggredienda. Ordinem superioris & inferioris hominis perturbant, & in contrarias partes, intestina seditione, ita distrahunt, vt, iuxta Philosophum, *una animi pars doleat, quibus caret, altera de ijs gaudeat, quibus turpiter fruatur. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus ad-*

Rom. 7. 23.

*Arist. 9.
Iob. 4.*

*aduersus
qua sunt
ficere au
bonum
illud fa
tura p
homin
brio e
oculis h
qui inu
in ocul
cui pass
seram
quas a
& inco
tio, no
frenis
luptat
flamm
agritu
cura &
turbu
valub
bus co*

aduersus carnem. Non percipit homo
quæ sunt spiritus; Velle adiacet illi, per-
ficere autem non inuenit, non quod vult
bonum hoc agit, sed quod odit malum,
illud facit &c. Ordinem item na-
turæ peruertunt, risuiq; sapientium
hominum, & Angelorum ludi-
brio exponunt; qualis enim est in
oculis hominum, inquit Augustinus,
qui inuersis pedibus ambulat, talis est
in oculis sapientum & Angelorum,
cui passiones dominantur; vitam mi-
seram faciunt similemque bestiis,
quas ad commoda persequenda,
& incommoda fugienda; non ra-
tio, non virtus, sed appetitus ef-
frænis impellit. Inexplebili vo-
luptatum cupiditate hominem in-
flamman, inani læticia efferunt,
ægritudine interdum exedunt,
cura & solitudine confundunt,
turbulentis motibus inquietant,
valubilibus mundi cogitationi-
bus concutiunt, assidua rerum
tempe-

Gal. 1. 17.

1. Cor. 2. 14.

Rom. 7. 15.

tempestate iactant, ira, dolore,
 liuore, odio, desperatione con-
 ficiunt. Verbo: *Contritio & infelicitas in vjs eorum reperitur.* Eam
 D. Paulus deflet his verbis: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius.* Et regius vates,
Miser factus sum, & curvatus sum, lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea. Miser hic & miserabilis homo, membra sua arma iniquitatis peccato dabit, Deumque infinitæ maiestatis offendet. Furijs profecto infernalique Megera truculentior est.

Ps. 13. 3.

Rom. 7. 24

Ps. 37. 7.

CAPVT XIV.

Homo dum se corpore nutrire, & attingere studet, miserum se esse ostendit.

Vidimus miserias animæ rationalis in se, eius item, vt virtute & eminenter sentiens est, vege-

veget
 nas.
 mun
 licet,
 de pr
 te, d
 mus.
 nient
 corpu
 que v
 & cor
 cile p
 quod
 fuis a
 mauen
 tatis re
 ta Au
 piter d
 buerit
 riosè
 nitur
 mium
 tiam,
 rantia

vegetantis euiã videamus ærum-
 nas. Ac cùm tria eius officia &
 munia numerentur, nutritio sci-
 licet, augmētatio, & generatio,
 de prioribus duobus, hoc capi-
 te, de tertio verò sequenti age-
 mus. Alimento salutari conue-
 nientique homo opus habet, vt
 corpus suum alat, & augeat, sic-
 que vitam conseruet. Salutare
 & conueniens erit, si frugale, fa-
 cile parabile, & sobrium fuerit,
 quodque *animum*, vt D. Ambro-
 sius ait, *temperauerit, mentem infor-*
mauerit, & habenas corporalis feroci-
tatis restinxerit; appetitum item, iux-
ta Augustinū, ab ijs rebus, quæ tur-
piter desiderantur, coercuerit & cohi-
buerit. Non verò illud, quod cu-
 riosè quæritur, & solerter inue-
 nitur, oppiparum scilicet & ni-
 mium exquisitum, nec illud o-
 tiam, quo quis repagulis tempe-
 rantia perruptis, mensurã quan-
 tita-

*Lib. 1. de
 S. Iacob
 & Vita
 beata.*

*Lib. 1. de
 lib. arb.*

De clau.
anima.

titatemq; debitā cibi & potionis
excedit. De priore ita scribit
Hugo de S. Victore: *superstitiosum*
quidam nimis, in suis preparandis ci-
bis adhibent studium, infinita decocti-
onum, frixurarū, & condimentorum
genera excogitantes, modò mollia, mo-
dò dura, modò frigida, modò calida,
modò cocta, modò assa, modò pipere,
modò allio, modò cimino, modò sale
condita, secundum consuetudinem
pregnantium mulierum desideran-
tes, ita quòd ibi desudant coquorum
artes, & fiunt varia questiones,
utrum fieri debeant assata, vel frixa,
& tanta solitudine parantur, ut
deuoratis quatuor, vel quinque fer-
culis, prima non impediunt nouis-
sima, & cum iam stomachus crebris
eructibus repletum se indicat, non-
dum tamen curiositas satiatur. Et
Innocentius Papa de eodem sic
habet: *Alius confundit & collat,*
alius confundit & conficit, & sub-
stantiam

De cont.

mundi. 2.

8. 7. p.

stantiam conuertit in accidens, naturam mutat in aerē, ut saturitas transeat in esuriem, ut fastidium reuocet appetitum, ad irrigandam gulam, non ad sustentandam naturam, non ad necessitatem supplendam, sed ad auiditatem explendam. De posteriore hæc est D. Augustini sententia: Hoc me docuisti, ut quem admodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam; sed dum ad quietem satietatis ex indigentia molestie transeo, in ipso transitu mihi insidiatur laqueus concupiscentiæ; ipse enim transitus voluptas est, & non est alius quo transeat, quam quò transire cogit necessitas. Et cum salus sit causa edendi & bibendi, adiungit se tanquam pedissequa periculosa incunditas, & plerumq; præire conatur, ut eius causa fiat, quod salutis causa me facere vel dico, vel volo, nec idem motus utriusque est, nam quod saluti satis est, delectationi

parum;

Lib. 10.
Confess.
c. 31.

parum est; & saepe incertum sit, utrum adhuc necessaria corporis causa subsidium petat, an voluptuaria cupiditatis fallacia ministerium suppleat.

Hæc Augustinus. Iam utrumque nocet corpori & animæ. De corpore illud est: Noli avidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam; in multis enim escis erit infirmitas, & propter crapulam vini multi perierunt: Esca ventris & venter escis, Deus autem & hunc, & hanc destruet. Verus est: multi cibi, multi morbi. Attendite, ait

Luc. 21. 34. Dominus, vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ, & superveniat in vos repentina dies illa &c.

*Homi. 1.
de ieiun.*

His accinit D. Basilius: Natura, inquit, vis, quæ dispensat alimoniam animantium corporibus, temperatum ac parcum victum facile cõcoquit, & in corporis quod alicur substantiã vertit. At eadem ubi sumptuosos va-

riosq;

riosque cibos complexa est, nec deinde
 ad conficiendam eduliorum portionem
 pares vires habet, diuersa gignit mor-
 borum genera. Et seneca: Quic- 10. Rhet.
 quid auium volitat, quicquid pis-
 cium natat, quicquid ferarum discur-
 rit, nostris sepelitur ventribus, quare
 nunc, cur subito moriamur? quia mor-
 tibus vivimus. Et: Vna sylua Ele- Epist. 7.
 phantibus pluribus sufficit, homo vero
 pascitur vix terra & mari. Quid di-
 cam de ijs, qui commorantur in vino;
 & student calicibus epotandis, qui po-
 tentos sunt ad bibendum vinum, &
 viri fortes ad miscendam ebrietatem?
 quod ait sapiens: Cui uia? cuius Prou. 23.
 pauper? cui rixa? cui fouea? cui sine 29.
 causa vulnera? cui suffusio oculorum?
 Et illud Iob. Cū satiatus fuerit, ar-
 tabitur, aestuabit, & omnis dolor ir-
 ruet super eū. Anima deinde no-
 cet; ferarū enim, vt inquit D. Ba- Serm. de
 silius, eam habitaculum efficit, im- abds. re-
 rans.

H pietas rans.

Philip. 3.
19.

pietatis, libidinis, dissolutionis mentis,
scurrilitatis, loquacitatis, obtruncatio-
nis, cōtentionis, acedia, languoris, ce-
citatis mentis, stuporis, Idololatriæ; de
vinos enim honores, iuxta D. Paulū
ventri tribuit, quo qd magis Deo
potest esse inuisum? quid item
gravius peccato? quid miserius
peccatore?

CAPVT XV.

*Vis generandi ignobilem & infeli-
cem facit hominem.*

NON in se; data enim illi
Deo olim est ad honestam
generis humani multiplicatio-
nem, electorumq; compleme-
tum, sed vt intra fines & termi-
nos legitimi coniugij, post pro-
morum parentum lapsum, eius
usus feruor & furor est; vel mo-
destas aliās, ad finem tamen ge-
nerationis non ordinatur; cum
matrimonium item antecedit

vel eius cæcellos egreditur; cùm
 deniq; homo, turpissimæ volu-
 ptatis dulci veneno ebrius, mo-
 dis alijs vmbrosis amorib. illece-
 broso stimulo operam dat, sicq;
 sisyphū representat, vel Tantalū
 agit. Detestabile hoc malū ho-
 mini multa magnaq; damna af-
 ferre solet. Animam enim gra-
 tia diuina priuat, varijsque mo-
 dis maculat; Intellectui lucem *Lib. i. adu.*
 eripit, aliosque & generosos (verba *10. 11.*
 sunt D. Hieronymi) eius spiritus
 frangit, & à magnis cogitationib. de-
 trahit; menti cæcitacē, incōsiderationē,
 precipitationē, vt D. Greg. scribit, *31. Mon.*
 imponit, deq; homine pecudē facit; Vo- *c. 17.*
 luntatē in vitiorum voraginem
 deturbat, in Labyrinthū inclu-
 dit, in cippū cōpingit vinculisq;
 adeo, cæteroqui liberā astringit
 prope inexplicabilib. memoriæ
 obest, Deūq; illi eripit; Vires a-
 gēdi reddit imbecilles, sensus tar-

H 2 dos

dos & retusos, luminibus etiam
quosdam orbat; appetitum se
sitiuum illicit, hominemq; qu
rulum, iracundū, temerarium
durè imperiosum, seruiliter bla

Loco cit.

Rom. 1.24.

Os. 4.

dum, *omnibus*, vt D. Hierony
mus ait, *inutilem facit*; corpus ex
edit, *contumeliisq;* iuxta D. Paulu
afficit; cor aufert; sanguinem de
spargit & inquinat, spiritus per
dit, vitā morbis implicat, eam
que contrahit; rem cum pudore
exhaurit, generi contumeliam
infert; Deum, quod caput est
aufert, eius templum violat &

1. Cor. 3.17.

disperdit. Christi membro op
probriū infert, limo infigit pro
fundi, æternis tandem hominē
nisi resipiscat, inferni flammis
addicit. Hæc omnia ostendunt
vitij huius vt & hominis, qui
captiuum se tradit, miseriam &
infelicitatem, peccatique mort
talis grauitatem summam. *Et*

giat igit
confili
leum, b
morsum

Peccator

D Va
mo

formatu

corpore

ctenus e

corpori

feramus

neris ill

fiderati

de prior

quēti ca

pus in p

feruorel

cissimo

cōcipitu

glia

giat igitur fornicationem, D. Pauli 1. Cor. 6. 18.
consilio, fugiat serpentis acu-
leum, basilisci venenum, viperæ
morsum, stellionis ictum.

CAPVT XVI.

*Peccator, ob vitiosum corpus, malique
habitus, miser est.*

DVabus omnino partib. ho-
mo à Deo conditus atq; ef-
formatus est, anima scilicet &
corpore: De animæ miserijs ha-
ctenus egimus, sequitur vt & de
corporis quoq; infelicitate dis-
seramus. Et quando duplicis ge-
neris illa est, vel corporis in se cõ-
siderati, vel vt ad animã refertur,
de priori hoc, de posteriori se-
quæti capite disputabimus. Cor-
pus in pruritu primùm carnis, &
feruore libidinis, ex semine spur-
cissimo, in putido matris vtero
cõcipitur. In eo deinde, ceu car-

H 3 cere;

cere, captiuum, dum formetur
 nouem circiter mēſibus detine-
 tur, mēſtruoq; ſanguine deteſta-
 bili nutritur. Trabea poſtmodum
 ſanguinolenta opertum, inops
 ſtatuſq; ſui miſeriā miſerabiliter
 lamentans ac deplorans, ſummo
 matris periculo & dolore naſci-
 tur, & miſerum ceu uermis pro-
 repit, & ad laborē, ad dolorē, ad
 timorē, ad mortē, quaſi abortiuū
 abiicitur. Natum à cruore, quo
 madet, & à ſordibus, quib; obru-
 tū eſt, purgatur, faſcijs vincitur,
 in cunis tā imbecillū collocatur,
 ut ſi aliena ope & præſidio deſi-
 tuatur, neceſſariò illi miſerè in-
 feliciterq; pereundum ſit. Poſt
 hæc prima roboris illius ſpes
 primumq; tēpus, quadrupedi ſi-
 mile facit; tum rectè, tardè ta-
 mē, & periculòſè incedere, bal-
 butireq; incipit. Inde miſeriarū
 gurges, infinitaq; erumnarum, &
 malo-

malor
 centa
 nitæ d
 licituc
 Ex inf
 ſum, p
 tæq; d
 illud c
 puber
 multa
 etiā m
 ctiorē
 Etetur
 tijs, q
 quot
 breui
 mæ d
 meri f
 nus ai
 cūuen
 filicer
 ſentir
 nes v
 exon

malorum lerna illud excipit, sexcenta pericula circūsepiunt, infinitæ demū curæ, molestiæ ac sollicitudines, affligunt, cōficiunt. Ex infātia verò & pūeritia egressum, p̄ innumera, incōmoda vitæq; discrimina, quæ in tenerum illud corpusculum incurrunt, ad pubertatem; hinc porro, peræq; multa & magna, & sæpenumero etiā maiora naufragia, ad prouectiore ætatem euectum, quot iactetur intēperijs, & intemperatijs, quot circūferatur fluctibus, quot morbis iactetur, facile ac breuiter explicari nequit. Extremæ demum ætatis morbi, innumeri sunt, *multaq;*, vt poeta bonus ait, *senem, corporis ratione, circumueniunt incōmoda*. Quid multa? silicernium miserum homo est, sentina senectus, in quam omnes vniuersæ ætatis suæ sordes exonerantur. Ad extremū, mors

sequitur, fera pessima hominem
deuorans. Corpus exanime do-
mi, & in sepulchro malè tracta-
tur. Miser ergo homo est corpo-
ris ratione, & audet tamen in
Deum inuehi. O prauitas pec-
cati mortiferi!

CAPVT XVII.

*Corpus aggrauat animam, adeoq; ho-
mo, ex ea parte, miser est &
ignobilis.*

cap. 9. 15.

Asserit id sapiens; aggrauat
autem animam corpus vari-
is modis, includit enim eam in
se, ceu carcerē quendam, mem-
brisque suis, velut compedibus
& vinculis constringit; Ac cum
ex luto corpus sit factum, ei il-
lam demergit, sicque ratione
quadam ignobilem reddit, &
vilem. Rursum cum anima his
compagibus corporis inclusa
sit, & consequenter coniuncta
cum

minem
ne do-
tracta-
corpo-
nen in
s pec-

eoq; ho-
r

rauat
vari-
am in
nem-
dibus
cum
ei il-
ione
, &
a his
elusa
ncta
cum

um corpore, quiddam vnum
cum illo efficiat, necesse est vt ijs
omnibus afficiatur, quibus cor-
pus afficitur incommodis, susti-
neatq; adeo multa cum illo, pa-
riatur, doleat, iustitiaq; prema-
tur & ærumnis. Animã item ad
peccatum trahit. Deo inuisam
reddit, & ab amicitia sui condi-
toris seuocat. *Ludit omnino vt Is-*
mael cum Isaac, iuxta Origenem. Hom. 7.
Nebula est intellectui, sic vt *in Gen.*
cœlestia clarè videre non possit;
rationis aciem retundit & he-
berat. Voluntatem crassam af-
ficit, terrenaque amantem. In-
fringit agendi vires, cum infir-
mum est & debile; obstat enim
actionibus bonis, vt non libeat
homini aliquid scilicet pij lege-
re, meditari, orare, aliaque mu-
nia obire, multorum bonorum
hostis. Quid quod sanum etiam
beneq; habens homini tempus

H 5 præ-

præripit ad rectè agendum? medi-
 diam enim partè temporis vitæ
 sibi vèdicare nō potest, de Deo,
 de rebus æternis, de salutis suæ
 summa cogitādi, vt ad experien-
 tiam omnē liquet: negotiorum
 moles perpetuò adest, necessita-
 tes aliæ semper intercurrent. Im-
 pedit tandem corpus, quo mi-
 nus anima re ipsa ad cœlum per-
 uolet, cogiturq; adeo homo cū

ps. 119. 5.

Dauide dicere: *Hec mihi, quia in-
 colatus meus prolongatus est, quādo ve-
 niam & apparebo ante faciem Dei.*

ps. 141. 2.

Cum eodē item petere. *Educ de
 custodia animam meam, ad confitendū
 nomini tuo, me expectant iusti, donec
 retribuas mihi.*

CAPVT XVIII.

*Homo, quā peccator est, miser &
 miserabilis est.*

Io. 8. 23.

E Gimus de miserijs partium
 hominis, de eisdem illius, vt
 totum

totum quoddam est, & peccator, sequitur ordine vt agamus.

Impij ergo patria *de deorsum est,*

Io. 8. 44.

pater Diabolus, fratres Dracones, sero-

1ob. 30. 29.

rores vermes, anima atrium, in quo

Ec. 7. 14.

vidit Ezechiel innumeras, hor-

cap. 8. 10.

rendasq; figuras serpentum, dra-

conum, reptiliũ, virulẽtorumq;

animantium, intellectus igno-

rancia, ratio insania, mens hebe-

Eccle. 12. 8.

tudo, iudicium stultitia, cogita-

Rom. 7. 23.

tio inferni semen, voluntas ini-

quitatis sedes, & Dæmonũ habi-

tatio, libertas vile mæcipiũ, cap-

tiva captiuitas, cõsciẽtia vermis

rodens, exprobrãs, clamãs, cru-

cians, potentia executiua parã-

lysis, sensus vanitas vanitatũ, &

omnia vanitas, appetitus sentiẽs

membrorũ lex, quæ sub peccato

captiua, corp^o miseriarum the-

atrum, & vile iumẽtorũ stabulũ,

caput hydra lernẽsis, facies ignis

suffossio, frõs meretrix, nares p-

H 6 sum-

sumptio, oculi fenestra mortis,
 aures curiositas, maxillæ a fini
 malæ, os impudentia, dentes ar
 ma & sagittæ, lingua gladius a
 cutus, labia venenum aspidum,
 guttur sepulchrum patens, collū
 insolētia, ceruix pinguedo, sca
 pulæ auersio à Deo, humeri im
 patientia, pectus furor, dorsum
 inclinatio ad terram, brachia te
 nax auaritia, manus cruenta car
 nificina, cor Draconum cubile,
 malleatoris incus, aduersus se
 metipsum lima, fel amaritudo,
 viscera crudelitas, splē cholera,
 iecur cōcupiscētia, pulmo tepi
 ditas, venter gula, lumbi illusio,
 femur nominis macula, crura ri
 gor, pedes ad malū cursus. Vestis
 maledictio, actio, comedere pa
 nē famis, bibere vinū iræ Dei, ex
 vua fellis, & botro amarissimo,
 generare faunos, satyros, dormi
 re sopore graui, tenebrarū opera

in.

indue
 re, De
 exten
 um de
 tentio
 Sanct
 rursus
 stia ad
 tenero
 ad for
 domu
 agro c
 num l
 vti cr
 tute c
 pretio
 floren
 ronare
 cescar
 pertra
 relinq
 suam
 ri. Et c
 sumpt

induere, telas aranearum texe-
re, Dei vocationem, manuumq;
extensionem aspernari, consili-
um despiciere, & auersione con-
tentiosa ab eo auerti, spiritum
Sanctum contristare, Christum
rursus crucifigere, imaginem be-
stia adorare, diis alienis seruire,
tenere tympanum, & gaudere
ad sonitum organi, coniungere
domum ad domum, & agrum
agro copulare vsque ad termi-
num loci, frui bonis quæ sunt,
vti creatura tanquam in iuuen-
tute celeriter, se implere vino
pretioso & vnguentis, nullum
florem temporis præterire, co-
ronare se rosis antequam mar-
cescant, luxuria omne pratium
pertransire, vbique signa lætitiæ
relinquere, vanè fortitudinem
suam consumere, ægrotare, mo-
ri. Et quando, malitia non con-
sumpta, iniquitas in eo inuenta

H 7 est,

est, iudicium ei nō cessat, & perditio ei nō dormitat, vas iræ aptum in interitum in domū malam æternitatis in infernum, cū quo fecit pacem, in puncto projicitur, & in iudicium magni dei, vinculis æternis, sub caligine reseruetur: auditio mala, & verbum asperum. O miserrime & infelicissime peccator! O gravitas peccati!

CAPVT XIX.

Miser est peccator, quia iumentis insipientibus similis est.

ID perspiciuntur ex his Psal. *Ps. 48. 18.* Imographi verbis: *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Non comparatur verò à Propheta homo iumentis insipientibus, nec similis illis dicitur, quo ad figuram & formam æternam;

ternar
admit
terior
culum
& sub
quid d
amitti
res, si
tes, ser
confec
mo, n
sum, e
sequer
vitæ
omni
Diuus
Anima
non ad
vivere
iument
carent
peruen
luntat
lis etia

ternam; cum enim peccatum
 admittit, effigiem hominis ex-
 teriorem retinet, ut patet ad o-
 culum, neque quo ad naturam
 & substantiam, eam enim, ut li-
 quidò constat, per peccatum nõ
 amittit, sed quo ad vitam & mo-
 res, sicut enim brutæ animan-
 tes, sensu solo, appetituque eum
 consequente, viuunt, ita ho-
 mo, relicto usu rationis, sen-
 sum, eiusque appetitum solum
 sequens, vitam suam instituit,
 vitæ brutorum animantium
 omnino similem. Id indicat
 Diuus Augustinus his verbis:
Animam habere, & intellectum
non adhibere, nec secundum eum
vivere, bestialis est vita. Et quia
 iumenta sua naturâ ratione
 carent, homo verò impius
 peruersa & vitiosa solùm vo-
 luntate sua, ideo vilior il-
 lis etiam & ignobilior ipse est.
 Id

*Tract. 15.
 in Ioan.*

In serm. de
Ascens. 48.

Ep. 234.

Hom. 23. in
Gen.

Id quod docet D. Chryso-
stomus, cum in prædictum psalmi
sic scribit: *Peius est comparari, quam
nasci, nam naturaliter non habe-
re rationem tolerabile est, verum ra-
tionis decoratione decoratum, irratio-
nabili naturæ comparari, voluntatis
est crimen.* Itaq; homo peccator,
vt D. Bernardus inquit, honore ab-
sorbuisset intellectum, seipsum amisit, se
deseruit, in brutum animal degenera-
uit, ratione dicta, adeoque homo non est
homo, peccatumq; ceu Circe, & Can-
dia quædam hominem homini ad-
mit. Docet idem D. Chryso-
stomus, loquens de ijs hominibus,
quos diluuium illud magnum
oppressit: *Ob carnales, inquit, va-
luptates, quibus immerfi erant, amise-
runt esse hominis.* De Noë verò ad-
dit: *iste in tanto populo hominis ima-
ginem seruauit.* Item: *Noë solus ho-
mo, ceteri autem non homines, sed hu-
manam gerentes formam, & ex ho-*

mini-

minibu
luntati
Quod
quis si
bi, loc
est, cum
speciem
nares, &
bra hom
membra
dicimus
nam ret
minis? u
solum fu
tutibus e
& illicit
mandata
Item, e
minem
appetiti
tur. Th
firmat, c
non habe

minibus in bestias mutati, malitiâ vo-
 luntatis generositatem amiserunt.
 Quod si Chrysoftomum roges:
 quis sit homo appellâdus; sic ti-
 bi, loco eodē, respōdet: Tunc homo
 est, cum virtutem colit; neque enim
 speciem habere hominis, & oculos, &
 nares, & os, & genas, & cetera mem-
 bra hominem esse ostendunt, hæc enim
 membra sunt corporis, hominem illum
 dicimus, qui hominis imaginem sal-
 uam retinet. Quæ autem est imago ho-
 minis? rationalem esse, verum non hoc
 solum fuerit hominem esse, sed & vir-
 tutibus esse deditum, & vitia fugere,
 & illicitis affectionibus imperare, &
 mandatis dominicis obtemperare, &c.
 Item, eodem loco illum esse ho-
 minem ait, qui animi sui effrenatis
 appetitionibus non seruit, sed domina-
 tur. Theophylactus idem con-
 firmat, cum sic scribit: *Hominem*
non habeo, hoc est, rationē humanam,
ut pote

*In illud:
 hom. non
 habeo.*

utpote comparatus cum jumentis, qui sequor effrenatas appetitiones, ratione, fide illustrata, non consulta. Bruta porro animantes, quibus peccator similis dicitur, innumerae sunt, sic, ut protheus tot non fingat personas, & formas, Empedocles tot transmutationes, Chaldaei tot varietates, quot ille subeat formas & personas. Earum aliquot in sacris literis exprimuntur. Pullo onagri comparantur aliqui à Iob, cum sic

II. 12.

loquitur: *Vir vanus in superbiam erigitur, & quasi pullum onagri se liberum natum reputat.* Alibi equis nonnulli similes dicuntur. Ita

Hier. 5. 8.

enim habet Propheta, *Equi amatores, & emissarij facti sunt, unusquisque ad uxorem proximi sui hinciebat.* Alij equis & mulis, iuxta

Ps. 31. 9.

Dauidem: *Nolite, inquit, fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Canibus quidam; Vnde il-

de illud: *Canes impudentissimi ne-* *Ef. 56. 11.*
scierunt saturitatem. Aspidi; Vene- *Pf. 13. 3.*
vum aspidum, ait David, sub labijs
eorum. Item serpenti; hinc est *Pf. 57. 5.*
illud: furor illis secundum similitu-
dinem serpentis, sicut aspidis surdæ; &
obturantis aures suas. Viperis, de
quo illud est: progenies vipera- *Mat. 3. 7.*
rum, quis demonstravit nobis fuge-
re à ventura ira. Dominus no-
ster sensui deditos & impuden- *Mat. 7. 6.*
tes, vocavit porcos & canes. Hero- *Luc. 13. 32.*
dem vulpem, propter peccata sci-
licet, quibus æquabatur, & simi-
lis fuit isti feræ. Plura audiamus
ex Boëtio: Avaritia feruet, in- *Lib. 4.*
quit, alienarum opum violentus *Conf.*
ereptor? similem lupo dixeris; Ferox *pros. 3.*
atque iniquietus linguam litigij, ex-
ercet? cani comparabit; Insidiator
occultus surripuisse fraudibus gau-
det? vulpeculis exæquatur; ira impe-
rans fremit? leonis animu gestare cre-
ditur; pauidus ac fugax no metuenda
formi-

formidat? cerui similis habeatur; segnis aut stupidus torpet? a sinum uiuit; leuis ac inconstans studia permutat? nil ab auibus differt; fœdis immundisq; libidinibus immergitur? sordidè suis voluptatibus detinetur; ita fit, ut qui probitate deserta homo esse desierit, cum in diuinam conditionem transire non possit, uertatur in beluã.

In 30. c.

Esa.

Eodem fermè modo concludit. D. Hieronymus: *Bonitas*, inquit, *hominem supra homines attollit, malitia eum infra homines deprimat, & in beluas per vitium transformat.* Vbi verò beluina, maximè porcina est vita, ibi Christus non est, sed Diabolus; vnde & impetu toto porcorum grex, imperante illo, abiit præcepis in mare; sic peccator, nisi resipiscat, in abyssum, in profundum illud Tartari pelagus abibit.

CA-

CAPVT XX.

Impius miser est, quia monstrum est.

PRisci & mystici fabularum
authores Iano, Gerioni, Gy-
gi Briareo, Argo, &c. plura cor-
pora, brachia, capita tribuerunt;
Sunt & multa naturæ portento-
sa monstra, sed nullum homine
scelerato, deforme magis & abo-
minabile est, horrendum omni-
no, informe, ingens, cui lumen
ademptum. Si quis enim in hu-
mano corpore, ordine membro-
rum inuerso, capite videlicet in
terram depresso, pedibus autem
sursū erectis incederet inambu-
larétue, sicq; faciem, præcipuam
sui partem luto sordibusque im-
mergeret, & intolerabili labore
ac dolore se conficeret, monstri
ad instar esset: iam impio, in in-
teriori sui parte, peccato mortifi-
fero

fero idem accidit; ratio enim, quæ principatum obtinet, superiorq; adeo est, appetitui sensitivo, quem cum brutis animantibus communem habet, turpissimè subijcitur; Dominus seruo morem gerit, ancillæ hera. Qui in circuitu deinde semper ambularet monstrum meritò videri posset, & quidem diabolicum; Diabolus enim in circuitu ambulat, vt ipsemet de se testatur, testis hac in re non mendax; interrogatus siquidem à Domino vnde veniret, respondit: *circuivi terram, & perambulavi eam.* Et de illo Petrus ita scribit: *circuit quærens quem deuoret; at impius in circuitu ambulat,* vt Dauid ait, desiderium etenim illius & progressus figuræ circulari similis est, nescit in illis finem, illis nunquam satiatur, *semper dicit avarus v. 8. affer.*

*Iob. 1. 7.
1. 6. 5. 8.*

Pf. 11. 9.

*Prou. 30.
15.*

affer.

affer.

*affer.
de vi
ditur
ab an
uari
de ad
sine f
quia
lat, s
subsi
dicere
inquin
ficles.
progr
re nec
Sed m
ditur
postq
gyrum
preher
loco e
cuius
à pecc
bus p*

affer. In infinitum etiam tendit,
 de vitio enim in vitium progre-
 ditur, à superbia ad ambitionē,
 ab ambitione ad avaritiam, ab
 avaritia ad inhumanitatem, in-
 de ad crudelitatem, & ad neces-
 sine fine, monstrum igitur est,
 quia incircuitu semper ambu-
 lat, semper graditur, nunquam
 subsistit; vnde cum sui similibus
 dicere potest: *Lasati sumus in via* *Sap. 5. 7.*
iniquitatis, ambulauimus vias dif-
ficles. Ecquis minus eodem
 progreditur, qui vltterius perge-
 re nequit, ait Mazarinus noster. *In ps. 50.*
Conc. 68. Sed multa sua ignominia regre-
 ditur, haud secus ac mola, quæ
 postquam trigiesies millies in
 gyrum acta fuerit vno die, de-
 prehenditur vesperi eodem quo
 loco cœpit mane; sic impius
 cuius vita sumpsit exordium
 à peccato, medium ab operi-
 bus prauis, moritur tandem
 cum

*Es. 26. 7.**Hom. 74.
in Mat.*

cum peccato, & ibi deprehendit se in morte, vbi in ortu suo erat, quin multò peior euasit; *rectum verò callis iusti est ad ambulandum.* Monstruosum & illud, hominem vnum & eundem duo habere corpora, eorumque vnum viuū, mortuum alterum. Ei similis est homo improbus; animam enim mortuam in viuo corpore circumfert. De quo D. Chrysostomus sic scribit: *Si quis cadauer putridum circumferens per ciuitatem vagaretur, nonne omnes fugerent? Hoc de te cogita, peccator, qui animam peccatis obrutam circumducis, quod multò est grauius, &c.* Per Tragelaphum, quem inter monstra numerant Philosophi, impius cum D. Augustino intelligi potest, quòd præstantiam & pulchritudinem cerui, ratione repræsentet, parte reliqua, propter deformitatem hirco sit comparandus.

Clem
nem
tauri
qui su
equi r
sum ta
in calc
quod
cerner
nus no
est mer
nipote
nebræ,
co, lug
licaten

Homo, q

PECC
enim
mendaci
menda
peccatu

Lib. 4.
Strom.

Clemens Alexandrinus hominem improbum Poetici Centauri figmento similem facit, qui sursum hominis, deorsum equi referat formam. Monstruosum tandem, cerebrum habere in calcaneo, os in ventre, &c. Id quod in peccatore quouis est cernere. A monstro quoque alienus non est impius, cuius cibus est mendacium, potus furor omnipotentis, lutum lectus, lux tenebrae, &c. quiq; plangit ut Draco, luget ut Struthio, ineluctabili catenarum nexu ligatus.

CAPVT XXI.

Homo, quā improbus, miser est, quia merum nihil est.

Peccatum est nihil; dicitur enim in S. litteris *vanitas & mendacium*; *vanitas autem & mendacium est nihil*, ergo & peccatum est nihil. Indicat id

I D. Pau-

1. Cor. 13. 3. D. Paulus quoque cum sic scribit: si habuero fidem, ita ut monte transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum; Iam peccatum excludit charitatem nihil ergo est. D. Augustinus colligit idem ex illo S. Ioannis: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil; & recte, quia ea quae a Deo fiunt aliquid sunt, & quae sine ipso fiunt, nihil sunt. Eius etiam haec est vox: Nihil fiunt homines cum peccant, peccatum igitur nihil est. Accedit his calculis Dionysij, authoris antiquissimi & post sacros scriptores gravissimi. Peccatum, inquit, est privatio defectio, infirmitas, inconuenientia atque frustratio, destinatione, pulchritudine, ac sede, & causa priuatum, indefinitum, infecundum, otiosum, imbecillum, inordinatum, dissimile, inuisibile, tenebrosum, carensque substantia, & ipsum nulla modo, nequam, & nihil existens. D. Be

Tract. 1. in Ioan. c. 1. v. 3.

L. cit.

Lib. de di. nom. c. 4. p. 4.

nardu pecca sic ai tur in quia a ter est, lo mod ab eo, a sunt om hil est quod data eis homo, mo, ab Concl ipsum Verbo te num, & Verbo es peccat sum est nihil, nuncup est nihi

sic scri- ^{In Ser.}
 pt monte ^{quodam}
 utem no
 peccatum
 ita ergo
 git idem
 per ipsum
 um est no
 æ à Deo
 a sine ip
 us etiam
 t homine
 gitur no
 culis D
 quiffimi
 graviffi
 ruatio
 uentia
 ulchrit
 um, m
 um, im
 nite, in
 que sub
 odo, m
 D. Ber-

nardus accinit, comparans enim
 peccatorem cum prodigo filio
 sic ait: prodigus hic filius profici sci-
 tur in regionem vere longinquam,
 quia ab eo, qui summè & singulari-
 ter est, nihil longinquius eo, quod nul-
 lo modo est, nihilque remotum magis
 ab eo, à quo, & per quem, & in quo
 sunt omnia, quam peccatum, quod ni-
 hil est inter omnia. Ex hoc item ^{Ser. 10. in}
 quod dicitur: Deum time, & man- ^{Cant. 1}
 data eius observa; hoc enim est omnis
 homo, colligit, ergo si hoc est omnis ho-
 mo, absque hoc nihil est omnis homo.
 Concludat Diuus Anselmus hoc ^{Eccl. 12. 13.}
 ipsum. ^{lib. Sol. c. 5.} Quoties, ait, à bono devias, à
 verbo te separas, quia ipsum est bo-
 num, & ideo nihil efficeris, quia sine
 verbo es, sine quo factū est nihil. Si iā
 peccatum est nihil, uti conclu-
 sum est, peccator quoque erit
 nihil, quia à peccato peccator
 nuncupatur. Porro peccatum
 est nihil; sed pessimum, & pau-
 perri-

I. 2.

*Hom. 1.
de prouidentia.*

perissimum nihil, de quo S. Chrysostomus sic loquitur: peccatum est nihil, sed malignantis & destructivæ naturæ; priuat enim rectitudinem legis debita, magnaque a deo perfectione, priuat diuinam gratia & iustitia, priuat gloriam thesauris infinitis. Ex quo conficitur hominem quoque impium iisdem bonis omnibus priuari, miserumque a deo esse, miserabilem, nudum, pauperem & cæcum. Quod si ita est, uti reuera est, qua fronte & audacia in eum, qui ipsummet esse est, incurrit? & sciens ac volens diuinam maiestatem offendit. O crudelitatem! Mirum creaturas omnes in seditionem non conuerti, & in impium coniurare, infernum eum non absorbere. Hæc de secundo libro.

D
T
P
L
G
t
q
p

Impius
ali



nō agn
cusat,
onib. o
ritate &
se defere

D